



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Lex IX. à Salomone edicta Proverb. 23. v. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Lex VIII. ab Apostolo promulgata.
Ephes. 5. 18.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Cum angelica castitas Sacerdotem unice deceat; & luxuria eum vel maxime deturpet: omnem in primis occasionem vitare necesse est: ex ebrietate enim accenditur libido, ut oleo affuso flamma. Unde fuge ebrietatem ut pestem, nec alium ad ebrietatem induc: licet enim honestas exigat, subinde hospitium aut conviviam suaviter invitare ut comedat, bibatve ad ostendendam benevolentiam: illi tamen libertas omnis relinquenda est, nec unquam ad haustus aequales, sanitatesque epotandas provocandus, multo minus cogendus. Pessimus hic abusus sanitati nocet, temperantiam violat, Deo displicet: & sane si de omni verbo otioso rationem exiget Deus, quanto magis de vitio otioso, superfluo, imò noxio? quid pluris est, verbum an vitium?

Lex IX. à Salomone edicta
Proverb. 23. ̄. 2.

Statue cultrum in guttere tuo. I. Cultrum mortificationis, ut nec in quantitate

rate, nec in qualitate, nec in tempore, nec in modo recte rationis prescriptum excedas. 2. In qualibet refectioe ternos mortificationis actus SS. Trinitati offer, aut Christo Domino, B Virgini & S. Angelo C. vel quinos sanctis Christi vulneribus consecra, modicum quid, palato magis arri- dens, sensualitati subtrahendo, aut vilio- raeligendo, &c. 3. Sciatue etiam cultum in lingua tua, ne sensualitatem prodas, ci- bos & condimenta nimium laudando, nec contra male preparatos murmurando, ne- mini detrahendo, carpendo, contemnendo, loquere ea que Sacerdotem decent.

Lex X. à S. Paulo data

ad Phil 4. v. 5.

Modestia vestra nota sit omnibus ho- minibus. Præcipue super mensam in- edendo, bibendoq; modestiam, decentiam, civilitatem serva; indecori nihil admitte, oculos, manus, linguam, sensus omnes cu- stodi, ut nemini offendiculo, omnibus edi- ficationi existas: quemadmodum enim no- biles bene educati è moribus & liberali agendi modo à rusticis facile discernun- tur, ita & Sacerdotes à Laicis modestia,

V 5

ES